

INSTRUMENTUM
RECOGNITIONIS ET LICENTIÆ
EPISCOPALIS
INSIGNES
S. P. N. AUGUSTINI
RELIQUIAS

Publicè venerandi & exponendi.


OS JOANNES CHRISTOPHORUS,
 DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Augustanus, Sacri Romani Imperij, Princeps, &c. Præsentium per tenorem recognoscimus, quòd pro parte Rever: in Christo Nobis dilecti, DIONYSII, Ordinis S. AUGUSTINI Canon: Regul: Monasterij nostri Wettenhusani Præpositi exhibita Nobis sit Capsula lignea cum Reliquiis ex corpore S. AUGUSTINI Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, sibi à Rever: in Christo, Nobis quoque dilecto, FRANCISCO Abbate in Schönthal dono datas, quas Theologorum judicio examinatas, non susp-

spectas reperimus, ac proinde autoritate nostra Ordinaria ad maiorem DEI Gloriam, Sanctorum venerationem, nec non Fidelium Christi devotionis augmentum, præfato nostro Præposito in Wettenhausen Licentiam damus, suprà memoratas Reliquias apud se retinendi, venerandi, ac exponendi. In cuius rei fidem præsentem litteras desuper fieri, à Sigillifero nostro subscribi, & Sigilli Vicariatûs nostri Augustani appensione muniri iussimus, datas Augustæ Vindelicorum, die decimâ Mensis Februarij, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Octuagesimo Quarto.

L. S.

AMBROSIUS APPEL,
Sigillifer.

Quòd Instrumentum hoc apographum
cum authographo per omnia consonet,
testor

AUGUSTINUS ERATH, C.R.,
SS. Theol. D. & Protonotarius Apostolicus.